



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. LXII. Vitosæ aliorum linguæ, quibus artificiis tolerandæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Voces Chriſti agnoſcis? Ille hoc in te pronuntiat, qui nec falli poteſt, nec fallere; qui non tantum quid loquaris, ſed etiam quid cogites, audis; qui rationem exactiſſimam, non tantum actuum, ſed & verborum, ſed & cogitatum exigit; nec ea ſolum verba rapiuntur ad pœnas, quæ aliorum famam & propriam conſcientiam læſerunt, ſed etiam vana, frivola, oſioſa. Æternæ veritatis eſt Dominicum hoc eſſatum: Dico autem vobis, quoniam omne verbum oſioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. Dico vobis, ut in mature præcogiteris, quod ſupplicium maneat obre & rationes, mendacia, ſpurcitas, blaſphemias; cum etiam vana, ludicra, oſioſa, nemini noxia verba in iudicium ſeverum ſunt vocanda. Ad tem eximè dixit Bernardus: Quis ſanè numeret quantas modicum lingua membrum contrahat ſordes, quàm multiplex in labiis incurcunctis immunditia coaguletur, quàm ſit gravis perniciis oris incurcuncti. Eſt enim lingua diſſoluta in ſermonibus oſioſis, eſt lingua impudica, eſt & magiloqua, quarum prima laſcivia, ſequens arrogantia famulatur. Eſt etiam lingua doſoſa, & item lingua malefica, quarum altera in falſiloquiam & adulatoriam ſubdividitur: altera verò nunc in facie contumelias irrogat, nunc detrahit in occulto. Quod ſi de omni vel oſioſo verbo, quodcumque locuti fuerint homines, Deo ſunt reddituri rationem in die iudicii; quandò diſtinctius de verbo mendaci, mordaci & injurioſo, de elato vel laſcivo, de adulatorio aut detractorio iudicabuntur? Quam vera ſententia, fratres, in multiloquio non effugiendum peccatū. Vt enim præteream cetera, ſi præterea eſt oſioſum verbum, quod nullam rationabilem cauſam habeat, quam rationem de eo reddere poterimus, quod eſt præter rationem? Hoc ſuis ipſe verbis confirmans: O quantus terror! inquit, iudex ſapientiſſimus, qui numerat omnes pluvie guttas, diſcretor omnium tentationum, omnium hominum à primo Adam uſque ad ultimum in fine ſæculi, vult audire rationem verborum omnium oſioſorum, cum ſederit in ſede majestatis iudicii ſui, ubi non jam miſericordia, ſed iudicium cantabitur Domino. Quid tam miſeri & miſerabiles faciemus?

Atque hoc tremendum Dei iudicium verbis etiam oſioſis jam indictum, abbatem Siſoium movit, ut contra ſeipſum pro ſeipſo annis plurimis orarit. Nam, teſte Pelagio, ipſe Siſoius de ſe falſus: Crede mihi, ait, jam annis triginta Deum deprecor, & hoc oro unicuique: Domine Jeſu Chriſte, protege me à linguâ meâ. Hanc obſecro precatunculam dicamus omnes, & quandoque ſæpius de die: Domine Jeſu, protege nos à linguâ noſtrâ. Tam neceſſarium quàm utile Bernardi monitum eſt: Bi ad limam veniant verba, quàm ſemel ad linguam; plus diligas audire quàm audiri. Volat verbum irrevocabile, tempus irremediabile volat, nec advertit inſpiciens quid amittat.

Z CAPVT LXII.

Vitioſe aliorum linguæ quibus artificiis tolerandæ.

Grues cuneatim volantes, Ypſilon, litteram Pythagoricam exprimit, & ob id earum ordo litteratus vocatur ab Hieronymo. Eadem humana vitæ figura eſt. Inventionem huius litteræ Palamedis tribuunt, quod eam è gruum volatu didiciſſet. Quod verò vetus epigramma de hoc charactere aſſerit: Littera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni: Hoc de Linguâ verius affirmari poteſt, quæ ſemper plurimum aut prodeſſe valeat obſeſſe: Lingua moris, Lingua vitæ. Neque ſolum erudita & ad omnem modeltiam compoſita lingua nobis commodat, ſed rudis etiam & vitioſa. In eo ſitum eſt, quem nanciſcatur auditorum, quâ ratione illius impetus ſuſtineatur. Quando igitur Pythagoream litteram

Tom. I.

A tricornem è præcedente triplici diſſertatione didicimus; Ultimum nunc alphabeti clementum ſuper eſt Z, quod memoriam mihi reſticit validiſſimi contra ſcorpiones remedii. Paliurus, Plinio teſte, ſpina genus eſt. Semen ejus Afri ZVRAM vocant, contra ſcorpiones efficaciffimum. Tricorni Pythagorico characteri triplex aſſignavimus caput, quo primaria vitioſæ linguæ medicamenta docuimus.

Sed forſan eſt nonnemo, qui dicat: Linguam improbam docere velle ne quem lædat, eſt idem ac docere velle ſcorpionem, ne quem feriat: utriuſque, & ſcorpionis & linguæ nequiſſima eſt indoles, ad lædendum atque feriendum proniſſima.

Accipio quod dicitur. Neque verò negare licet linguam improbam ſcorpioni ſimillimam, quæ modò hos, modò illos, modò clam, modò apertè feriat. Neque neſcio quàm hoc petulans & pane indomabile membrum difficulter corrigatur. Dicamus ſanè illud inemendabile, non tamen continuò eſſe intolerabile pronuntiabimus. Plurima ſunt quæ corrigi nequeunt, tolerari tamen poſſunt, & ſæpe debent. Idem de Linguâ dicendum: ſi nulla proficiat ars quâ illam ad frugem corrigamus; ars certè non deerit, quâ illam in noſtrum commodum perferamus.

Canis rabidus nocentiſſimum animal eſt, ab illo ipſo tamen petuntur pilli, quibus canis rabidi morſus ſanctur. Si linguam furioſam emendare non poſſimus, ſæpe tamen tolerare debedimus. Hoc ſine paliuri ſemen ZVRAM ego nunc potrigere ſtatui, efficaciffimum in ſcorpionem hunc antidotum. Sed ante omnia ſcite oportet, quânam arte hoc ſemen ſit applicandum huic malo.

Iſtud itaque jam agemus, & quo artificio vitioſam linguam quamcumque, in noſtros uſus & grânde bonum poſſimus vertere, explicabimus.

§. I.

T Ametſi Deus contumeliarum auctor non eſt, eſt tamen illarum director, ut hac potiùs quàm alterâ petamur. Eo ſenſu rex Sionis David, contumeliis Semel vulneratus imperat: Dimittite eum ut maledicat: Dominus enim præcepit ei ut malediceret David, & quis eſt qui audeat dicere, quare ſic fecerit? Sicut umbone repellitur umbo, ita licere vim vi repellere, rudiffimum vulgus putat. Nimirum fabas largienti, piſa ferè rependuntur, tantum pro tanto: qui aſinum aut ſtultum vocat, aſinus aut ſtultus audit. Ita malo nodo cuneum malum querendum; ita remedio amaro bilem amarum diluendam putamus; ſic amici amici, inimici inſeſti, clamorſis clamorſi, impudentibus ſumus impudètes; eadem remetitur menſurâ; atque hoc, hoſtimentum credimus non iniquum. Sed longè aliud nos docet celeſtis magiſter. Morbus peſſimè curatur morbo; malum ſimili malitiâ nequam retundendum eſt, ſed vincendum in bono malo.

Ut autem hoc ſibi quiſque perſuadeat, cogiter ſerid qui læſus eſt: An non & tu ſimilibus dictis alios non ſemel tantum conſixiſti? An non & tua quoque lingua plurimos ſanciat? jam tolera quod feciſti. Quid queris? tua tibi moneta redditur: maledici merentur audire maledicta, ita quidem ut non ſibi maledictum ſed reſponſum putent. Mutuum bonâ fide, & aliquando cum ſenore ipſis reſtituitur.

Quid eſſe cauſæ dicamus, quòd illa Iſtaelitit fortiffima Juditha inter ſuos cives tam bene audierit, Nec erat Iuditha e. 8. qui loqueretur de illâ verbum malum. In promptu cauſa eſt: civitatem illa non oberrabat, nec circulos frequentabat, in quibus de aliorum famâ detrahi ſolebat, ſed mandabat in ſuperioribus domus ſuæ, ubi ſecretum cubiculum ſibi fecerat, in quo clauſa morabatur, adeoque nec illa loquebatur de ullo verbum malum; ſilebat altiffimè de omnibus Juditha; itaque altiffimè etiam ab omnibus

Rex 3 de illâ

Plin lib. 24. hitor. Nar. c. 13. in 110.

Artificia vitioſam linguam in noſtros uſus vertentia:

1. Scipſum acculare.

2. Reg. c. 16. verf. 10.

Rom. c. 12. verf. 17.

Cur Iſtaelitit Iuditha non fuerit diſtinctum malum

verbum

Matth. 11. verf. 36.

Bernardus in triplex caſus: med. miſi pag. 386.

Idem de Paſſe Dom. cap. 2. miſi pag. 1139.

Virg. lib. 4. in 13. apud Reſorvid. in Vno PP.

Bernardus in miſi. miſi pag. 1786. Et ſer. de miſi. ca. ſuam p. 385.

Virg. lib. 4. in 13. apud Reſorvid. in Vno PP.

Cur Iſtaelitit Iuditha non fuerit diſtinctum malum

verbum

Psalm. 118. 28. tyrum porrigo, ne dentias. Non est mollis responſo, quam exerti dentes comitantur. Jobus & David hos dentes graviter ſenſerunt. Hinc illi ab utroque clamores: Infremat contra me dentibus ſuis hoſtis meus. Dentes eorum, arma & ſagitte. Trenderunt ſuper me dentibus ſuis. Hos dentes, mi homo, non humanis carnibus fatiga; butyrum comede, verbis lenibus reſponde. Submitte te, & triumphas.

§. III.

Tertium artificium eſt ad vitioſam alterius linguam tolerandam, Deum adire, ac precari & contumelias omnes Deo conqueri. Regi Sionis David uſitatiffimum fuit hoc artificium. Paretur ipſe: Pro eo ut me diligenter, detrahebant mihi, ego autem orabam. Ut imitemur hoc, quemlibet noſtrum rex ille ſanctiffimus hortatur: Revela Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet. Et educeſt quaſi lumen juſtitiam tuam, & judicium tuum tanquam mercedem: ſubditus eſto Domino, & ora eum. Ne dubita, æquiſſimus ille iudex, qui trans cortinam videt omnia, humiliabit calumniam tuam. Si Deus pro nobis, qui contra nos: Tu ora eum, & ipſe faciet. Sapientiffimè dixit Siracides: Beatus, qui rectus eſt à lingua nequam, qui in iracundiam illius non tranſiſſit, & qui non attraxit jugum illius, & in vinculis ejus non eſt ligatus: jugum enim illius, jugum ferreum eſt, & vinculum illius, vinculum æreum eſt. Mors illius, mors nequiſſima. & utilis potius infernus quam illa. Perſeverantia illius non permanebit, ſed obtinebit vias injuſtorum: & in flammâ ſua non comburet juſtos. Qui relinquunt Deum, incident in illam, & exardebit in illis, & non exinguetur, & immitteret in illos quaſi leo, & quaſi pardus ledet illos. Num audisti, mi Chriſtiane, quantum mali fit mala lingua? Sed num & illud audisti, & intellexisti? Qui relinquunt Deum, incident in illam, & exardebit in illis &c. Tu ergo Deum ne relinque, ſed puris amplexibus tunc poſſimum ſtringe, crebris præcationibus tunc maxime fatiga, cum linguarum maleſci te tundunt. Tu ora eum, & ipſe faciet.

Sed dicas: ſi peſſimi quique ſecretis criminationibus me infamem ignarum, & quo incautior decipiar, palam laudatum. Quid hic faciendum? Quid Seneca fecit? Sed exemplis gravioribus te urgebo. Quid fecerunt tot ſanctiffimi viri? quid Chriſtus fecit?

Quid multis ante Chriſtum ſæculis fecit Moſes? Vir longè mitiffimus; quis tamen eo uno fortior? quis ruruſus minus ultionis cupidus? qui quò populam infeſtiorē habuit, & ad convicia proniorem, ed impenſiùs cali Numen his propitium reddere perſeveravit. Nam quanto magis pervicax populus inſanis clamoribus ac querimoniis urgebat, tanto Moſes ardētiore ad Deum preces fundebat. Imò cum jam lapides furibunda plebs minaretur, hoc unum Moſes in ſui deſenſionem objecit, reſugere ad Deum. Huic uni & ſoli injurias conquieſtus: Quid faciam, inquit, & populo huic? adhuc pauſillum, & lapidabit me. Hic à Deo juſtus in populi gratiam aquas è rupe producere, ut injurias beneficiis penſaret, promiſſimè paruit. Sed neque Aaroni fratri conviciatus eſt, nec forori, quòd connubium Æthiopicum ſibi approbraſſet, ideo minus benevolè opitulatus eſt. Ita manſuetiſſimus virorum ſæpius multiplicis linguæ furores precibus ſedavit.

Quid Saram eximia ſanctitatis feminam commemorare? Jaciebat in eam ancillarum temeritas maledicta & probra, interfectricem virorum nominans, quæ pluribus nupſiſſet, ſed in nullo connubium diurnum eſſet ſortita; quæ ſeptem maritos ſubita nece præcipitaſſet in tumulum. Et ut calumnia hæc graviore pondere ſanciat: Nunquid & me vult occidere, ajebat ſatula, ſicut jam occidiſti ſeptem viros? Ad hanc vocem Sara perrexit in ſuperius cubiculum domus ſue, & tribus diebus, & tribus noctibus non manducavit, neque bibit, ſed in oratione perſiſtens deprecabatur Deum. Ita nec Sara flammas à maledicâ linguâ im-

miſſas potentiùs reſtingui poſſe cenſuit quam Oratione. Incendium à præcipiti Phaëthone factum, feliciffimè compeſcitur oratio.

§. IV.

Hoc igitur quartum hic artificium eſt, Suam hac in re patientiam ad exempla ſanctorum erigere. Narciffum Hieroſolymorum Antiftitem virum eximia virtute præditum, & præſertim in caſtigandis vitiis animoſam homines perditiffimi, monitori optimo niſiſquam aſperri, ſandis calumniis infamare ſunt aggreſſi, & prout conſatis dolis inter ſe convenerant, jurejurando etiam criminationes firmarunt, quo magis fidem facerent plebi citò credulâ. Illorum unus dejerans: Si falſum, inquit, dixerò, malè peream incendio: Alter: Si feſellero, ait, me lues peſſima invadat. Tertius non minus ſeipſum execratus ſi mentiretur: Omnem, inquit, & oculorum diem perdam, ni talis, ut dixi, fit Narciffus.

Vix tamen ulli fuor reperti, qui vel juratis crederent, ob teſtariſſimam tot annis caſtomoniam Narciffi. Et quid ad hæc ipſe Narciffus? Falſiffimæ criminationi graviter indignatus, ſed quia ſolitudinis ac ſapientia amantiffimus erat, tacuit, ceſſit, calumniatorum oculis ſe ſubduxit, Deo ſibi quæ vacaturus inter feſas, quæ ſaltem calumniari neſciant. At ſublimis ille Oculus qui conſpicit omnia, neſariorum hominum ſcelus, quod non potuit non videre, mox in apertum protraxit illis ipſis ſuppliciiis, quæ ſibi ſcelerati optaverant. Et primus quidem obreſtatorum, ſcintilla in incendium glifcente, in ſuâ met domo cum omni familia miſerrimè conflagravit. Reperit quod opravit. Et videbatur facinus illud non unius ſed plurium vel innocentum capitiùs expiandum. Alter calumniator ille, capitali peſte, quàm imprecaus ſibi fuerat, à calce ad verticem infeſtus, Numine ſic vindicante, contabuit. Hoc habet votis ſuis parit. Tertius ſociorum calamitate doctus reſpiſcere, conficatus à ſe atque ſociis calumnias publicè falſus eſt, nec tamen ultorem Deum penitus effugit. Nam tantâ pœnititudinis acerbitate percellabatur, in ſterum tam uberem ſolutus, ut utrumque lumen lacrymis extinxerit. Vivus, ſed cæcus, & ad productus ſupplicium ſuperſtes. Ita Narciffus ſceleratas linguas ſuperavit tolerando.

Theodoſius Imperator hac improbarum linguarum victoriâ planè admirandus. Verba Theodoſii agnoſcite: Si quis, inquit, modèſtiae neſcius, & pudoris ignarus, improbo perulantique maledictò nomina noſtra crediderit laeſſenda, ac remulentiâ turbulentus obreſtator temporis fuerit, eum pœnæ nolumus ſubjacere, neque durum aliquid, neque aſperum ſuſtinere: quoniam ſi id ex levitate proceſſit, contemendum; ſi ex inſaniâ, miſeratione digniſſimum; ſi ab injuriâ, remittendum. Audiant & imitentur Chriſtiani principes. Ab obreſtatoribus nemo liber, nec ſumma quidem ſaltigia.

Cato Porciæ gentis princeps, ſenator optimus, Imperator præclariffimus, orator exactiſſimus, quater & quadragies cauſam dixit, diverſis odiorum & contumeliarum machinis appetitus: ſemper abſolutus eſt. Camillum exulem ni vidiffet Roma, periſſet. Scipionem Carthagine & Africâ ſua majorem pœne viſiſſet calumnia.

Quis magnorum inter Chriſtianos non retulit vulnera ab hoc detractioſis morſu, quis non venena ab hac viperâ? Chriſtus ipſe an non audit: Samaritanus es, demonium habes; vini potator, populi ſeductor? Ecquem non ambuſſit hæc flamma?

Optimè dixit Gregorius Nazianzenus: In bonam partem hoc accipe ſancta Trinitas: nec tu ſultorum linguas penitus effugiſti.

Chriſto Domino in os objectum: In Beelzebub principate demoniorum ejicit demonia. Quàm verè Lingua, Vni-verſas iniquitatis, dicitur!

4. Suam hac in re patientiam ad exempla ſanctorum erigere. Euseb. Caſar. l. 6. c. 6. Nic. l. 5. c. 9. Narciffi erga calumniatores tolerantia, & eorum pœna.

Naz. orat. de humanâ Chriſti Nativitate, & orat. 3. de Pace. Luc. cap. 11. verſ. 15.

Sunt certæ diei horæ quas Superbia, & Avaritia, & Luxuria inter ſe dividunt: Lingua, non unam tantum diei partem, omnes ſibi horas vendicat, Mundus iniquitatis eſt, omnia capit, omnia continet. Quâ demum ratione? Quâ charta ſolet geographica deſcriptum Orbem. In hac explicato digito, Hiſpaniam, Italiam, Poloniam, Galliam, Germaniam, aliâſque Orbis partes deſignamus. Sed chartæ huic geographica, coloratæ Linguæ nemo fidat, mendaciſſima eſt, grandia minuit, parva extendit, alta deprimit, ima extollit, pro libitâ pingit & fingit. Quantum, putas, Deus à mendacio diſtat? Quantum Chriſtus à Beelzebub? Immenſum, infinitum. Lingua tamen audeat, & Deo mendacium, & Chriſto demonium aſſingere. Quod ſi patremfamilias Beelzebub vocaverunt, quantum magis domesticus ejus? Ergo non ſanæ mentis, & planè fatuus eſt, qui viam quam ad cælum facit, ad chartam tam mendacem dirigit. Innumeris modis Lingua decipit, terret, ſeducit, dejicit, conſigit.

Matt. c. 10. verſ. 25.

Tom. c. 13. verſ. 16.

Si patremfamilias Beelzebub vocaverunt, certè nec domesticis iplius parent. Non eſt ſervus melior Domino ſuo.

Et Detraçtio quidem fulmen imitatur, quod improvidum & imparatum ante perimit, quàm periculum denuntiet, quodque firmiſſima ferè impetit, viſiſſima & humi ſerpentia negligit, ita illa in optimos quosque ſævit, ut prope ſignum ſit viri aut magni, aut ad magna nati, pati linguas detrahentium. Nam cum Detraçtio ferè ab æmulatione proficiſcatur, ſolâque magnitudo aut parva aut ſperata æmulationum materia ſit, in magnos exſurgunt hæ linguæ, ac non niſi in tales venena jaculantur. Magnitudinem enim alienam ſamèque, cum dodecus ſuum æmulus exiſtimet, conſurgit in adverſarium, etiamque denſâ linguæ grandine velut ſaxo imbre obruit. Fieri non poteſt, inquit Chryſoſtomus, ut qui virtute excellunt, apud omnes bene audiant. Nequaquam tamen dolendum eſt, ſi male audiamus, ſed ſi jure male audiamus. Quo ſenſu præclariffimè dixit Epictetus: Quid verò Anriſthenes ait? An id nunquam audiviſti? Regium eſt, Cyre, cum rectè faciâs, male audire.

Scriban. in Pol. l. 1. c. 17.

Chryſoſt. ſerm. de calum.

Epictet. l. 4. diſſert. c. 6. med.

5. Cõtemnere hæc linguarum aut calamorum vulnera.

Quintum ad nequitiam linguæ vincendam artificium eſt, Contemneræ hæc linguarum, aut calamorum vulnera. Contemne, & viciffi. Nam hæc linguarum infidiæ ſepiffime non lædunt, niſi volentem: Adyantion herba licet aquâ perfundatur aut immergatur, ſiccæ tamen ſimilis eſt; ſic eum homini probè contumelia inferret, non inhareret. Quod ſi tu ſapias, nullâ re magis teſtatam faciès innocentiam tuam, quàm calumniarum & detraçtionum contemptu ac neglectu. Ut ſcias, omnis calumnia & obreçtatio fœtidâ ſimilis eſt cloacæ, quæ quò plus movetur, plus fœret. Noſti, Camerinam non eſſe movendam. Neque enim miſer eſt, qui audit convicium, ſed qui facit. Convicium potiò potèſſimè regetur, cum convicio non reſpondetur. Non enim acerbitus eſt convicium, quàm conviciatorem neglectu oftendere indignum cui reſpondeatur. Ille magnus & nobilis eſt, qui more magnæ feræ, latratus minorum canum ſecurus exaudit. Ita molloſos generoſiotes aut leones imitemur, qui circumlattanibus catellis non ſolent allatrare, metâ imparitum indignatione & contemptu. Contemne & tu has linguas, quæ non ſauciant niſi reſiſtentes.

Thomas à Kempis l. 3. imit. Chriſti cap. 46. num. 1.

Ad natantiam rei præclariffimè dixit religioſus ille ſcriptor: Quid enim ſunt verba, niſi verba? Per aërem volant, & lapidem non lædunt. Si reus eſt, cogita quod libenter emendare te velis: ſi nihil tibi conſcius eſt, penſa quod velis libenter pro Deo hoc ſuſtinere. Et quare tam parva tibi ad cor tranſeunt, niſi quia adhuc carnalis eſt, & homines magis quàm oportet, attendis? Bequid verba, quid calami nocere poſſunt animo qui Deo nititur? Quod grando rectis, quod fluctus

A rupibus, hoc calumnia poteſt, cum in virum incidit. Vis vincere? vis hoſtem frangere? de inimico triumphum agere? Contemne. Certa eſt victoria in ſolo contempu. Vis adverſarium marioribus excedi? ride. Vis indignationibus lancinari? nec verbo dignare. Vix videre ſuppl. de. m. & beneficiis cumula.

At durum, acerbum, ac miſerum eſt torpungentibus linguis velut jaculis conſigi. Durum, ſed ſæpe fructuoſum; acerbum, ſed ſalutiferum: miſerum, ſed glorioſum. Exoculemur hanc bene merendi materiam, hanc meſem cælo invehendam, hanc vindemiam dominicis cellis inferendam.

At excido, inquit, Principium gratiæ. Modò non excidas Dei. At forſan ideo ſpoliaris opibus. Nemo te ſpoliabit æternis. Privaris dignitate? Nemo te bonâ conſcientiâ privabit. Vituperant te homines? Sed honorabunt Angeli. At multos experitis inimicos & vexatores? Modò amicum habes & protectorem Deum. Contemptus jaces? Exurge cælo. Condemnaris? Judice Deo abſolveris. Animum ergo ad verſus hæc para, & ſcito vix ullum virum bonum ab his linguæ jaculis vivere invulnerarum. At ſatius eſt criminationibus ſordidari cum bonis, quàm falſis laudibus honeſtari cum improbis.

Pericles, qui quadraginta annis Athenienſium Rempublicam gubernavit, vir diſcretiſſimus, ſuggeſtum conſeſſurus ut ad populum diceret, diis vota faciebat, ne ullum ſibi verbum, ſe imprudente aut invito eſſuaret, quod ad Rempublicam minùs pertineret. Hic, inquam, Pericles Temperarium & inſolentem conviciatorem, per diem integrum, idque in publico patienter tulit. Neque veſperi cum ſe domum reciperet, adhuc maledictis inſeſtantem à ſe repulit. Poſtremò, cum jam in domo ſitmine, ſub primam noctem, conſiſteret, converſus ad ſervum Pericles: Heus, inquit, mox facem expedito, & hunc civem domum reducito. Sic homo improbus ab injuriâ & contumeliâ gratiam reportavit.

Hoc proſus eſt convicia, calumnias, & maledicta magnanimo contemptu digerere.

Quid igitur hæc linguarum tonitrua tantopete nos terrent? in fumum evaneſcent. Quid detraçtiones & calumnias, quid probrum & infamiæ notam ad eò reformidamus? Auguſtinus contra hæc nos animans: Opprobria hominum, inquit, nolite metueræ. Et detraçtione eorum ne quæ ſupereminis, nec quod nos ſpernant, magni duxeritis: ſicut enim reſumentur, ita per tempus abſumentur. Et dicti rationem reddens ſolidiſſimam: Crimen falſum, inquit, reum non facit hominem, niſi apud iudicem hominem: ubi autem Deus judex eſt, nullus falſo crimine læditur. Deus qui juſtitiæ, quis eſt qui condemnet?

§. VI.

Sextum eſt: Silere, ac generoſâ taciturnitate detraçtiones & calumnias cõcoquere. Sile igitur, alioquin crabrones irritabilis reſutando. Sile, ne per vulgenter, quæ neſcienda potiùs & ſepelienda eſſent. Cum reſpondetur, cum excuſatur, cum jure agitur, longè latèque infamiæ nota perſertur, quam multò tutius ſilentium ſepeliſſet. Quâ de re Seneca illuſtriſſimè: Qui primis, inquit, deſangui malis potuimus, in majora devolvimur. Quoſdam tibi unus verbi contumelia, non equo animo lata, in exitium præcipit: & qui levem injuriam ſilentio ſerre noluerant, graviſſimis malis obruti ſunt, indignariq, aliquid ex pleniſſimâ libertate dimiſi, ſervile in ſeſe atraxerunt jugum. Quod ſi reprehenderis à quo non deberes, nec modo quo deberes, illud velim cogites, quod ſapienter dixit Romanus ſcriptor: Nulli patientiùs reprehenduntur, quàm qui maxime laudari merentur. Itaque ſilendo reprehentionem admite, illamque in encomium tuum tacturnâ patientiâ converte.

Sunt quædam vulnera, quæ melius ſit non tetigiffe; Plurima curando fieri pejora videmus: Neglige.

Ench. c. 10. Neglige, & tace; ita sanabis. Homo sapiens tacebit usque ad tempus.

Contra verbosus noli contendere verbis. Sile & dissimula, ut adversarius arbitretur detractio- nes suas à te nasci. Nam plerunq; qui sua dicta pu- tat sentiri, putat etiam de vindictâ cogitari: itaque se parat, ne hostis inveniat imparatum.

Quemadmodum verò Fabius Maximus (quem olim Ovem appellabant) pugnam opportunè fugitans, & Annibalem magis eludens quàm conflictu frangens, ducem antea invictum, morâ vicit & patientiâ; ita qui cedit & silet, linguamq; verberantem non reverberat, sed declinat dextrè, hic victor est, hic vacillantem concordiam restituit cedendo & silendo. Ita Socrates Xan- tippem uxorem clamosissimam placavit non respon- dendo. Medicamentum injuriarum & contumeliarum omnium probatissimum est silentium. Tam injurias ferentem quàm inferentem sanat: solâ offensarum com- memoratione animorum vulnera recedunt. Silen- tium ad dolentis animi perturbationem sedandam valet plurimùm. Optimè miseras ferunt qui abscondunt. Hinc Rex iratam nõ sine causâ Reginam sic alloquitur: Desine meque tuu incendere, regne querelis.

Canum in pagis allatrantium ira non meliùs deser- vescit, quàm transeuntis viatoris silentio, cautâque pa- tientiâ. Apum circumvolitantium aculeos non difficul- ter exit illæsus, qui quis inter eas fuerit quietus; repu- gnans & procax læditur. Pax silentii effectus, & velut filia est.

Angeronam silentii Deam ore obsignato repræsen- tarunt præci. Hanc autem, Macrobio teste, in templo Volupie, quæ delectationis & gaudii Dea fuerat, colloca- runt, ut tacitè significarent, eum qui silet, & injurias toleranter ac placidè ferre didicisset, ingenti delectatio- ne, voluptate maximâ perfundi. Nimirum in templo Volupie sedet Angerona: oris obsignati homo placidæ Volupratis ædem incolit.

Sed & hoc insuper habet hominis læsi silentium; ple- runque patrocina & hominum & ipsius Dei læso con- ciliat. Moses ad suos proclamat: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Magdalene silentis & lacrymantis patrocinium suscepit Christifus, non solum adversus Ica- rionem, sed etiam adversus hospitem suum & conviva- torem. Et ipsius Christi tacentis ad tor tamque capita- les hostium accusationes Pilatus quantus ex iudice pa- tronus est factus?

Maronem poetarum principem Filistus quidam ora- tor, facietis vexare solitus, audiente Augusto Cæsare, elinguem dixit, sed nec si linguam haberet, causam prop- riam tueri posse objecit. Cui Maro: Tace, inquit, rabu- la. Nam mea hæc taciturnitas causæ meæ defenso- rem fecit Augustum: & hæc tubâ, cum volo, loquor, quæ ubique & diutissimè audietur.

At dicas: Qui se pro ove gerit, à lupis devorabitur.

Neque nos ubique, & in omni causâ tacendum di- cimus. Interdum pax ambienda est responsione, sed eâ mollissimâ. In curiâ & iudicio, si rei familiari, si famæ aut vite periculum sit à silentio, loquendi locus erit. At verò domi, in mensâ, in plateâ, in agro, in jurgio, in lusu, in symposio tutissimum semper silentium, præter- tum cum in linguam improbam pugnandum est. Hic vetus Germanorum verbum verissimum: Duorum sapientior, tacebit prior. Nam ille sapientior est & melior, qui citius retrahit pedem, cum utrimque certatur. Neque hoc ignaviæ signum, sed fiducia.

Res certa est: plerunq; manu tardissimi sunt; qui promptissimi linguâ; multiloqui ac magniloqui, vix un- quam strenui. Homerico Thersiten hominem igna- vissimum, sed protervissimè conviciantem Achilles pu- gno interfecit, Goliathum David lapide prostravit. Ni- mirum canes illi magis degeneres minimè mordent, qui

A plurimùm latrant. Et Hieronymi sensu: canis latratu tam bonus facilè fugatur.

Cum virorum ille mitissimus Joannes Canonicus, ut Sarius 10. vocant, regularis, cum amicis familiariter colloquere- tur, domesticorum unus in conclave irruit, & minis atque clamoribus omnes exterruit improbus latrator; in Joannem singulariter velut è plautro jecit convicia. Joannes fellis expert, columba placidissima insanom nec verbulo percussit. Hic amicorum quispiam: Cur obsecro, inquit, mi domine, ad dicta tam atrocia siles? tuam ipse famam conculeas. Ejice foras calumniato- rem. Huic Joannes sedatè: Si flamma, inquit, domum corripuerit, num tu oleum affundas? Hic homo totus ardet, & furit: at nosti, nihil esse deformius, quàm furio- sis respondere: sicut in morbis nihil perniciosius, quàm pharmacum immaturum.

Primam iram nemo audeat oratione mulcere; surda est & amens; dandum illi spatium, dum remittat. At- que hoc medicoratio scitum est, qui negant in accessio- nibus medendum.

Huic homini, hoc quidem tempore velle medicinam adhibere, esset occidere. Ubi remittente insanâ, non- nihil ad se redierit, curationem admovebimus.

Hoc est prorsus Davidem agere, & furiosum Sailem placare citharâ. Contra iratorum contumelias phar- macum est præclarissimum, TACERE. Aut enim po- tentior de te malè locus est, aut imbecillior: si imbe- cillior, parce illi; si potentior, parce tibi, & noxam ca- ve. Sunt qui cum audiunt velleviter sibi detractum ab aliis, mox grandem meditantur vindictam: ita sagitta parvulorum facta sunt plaga eorum. At iniquum est pueruli sagittulâ vix læsum, mox vulnera & cædes coquere. Non est argumentum certius magni animi, quàm im- probâ linguâ verberatum non reverberare. Gloria no- stra hæc est, testimonium conscientia nostra.

Hic pulchrè Gregorius: Quid enim, inquit, si homines claudunt, & conscientia accusant? aut qua debet esse tristitia, si omnes accusent, & sola conscientia nos liberos demonstrat? Valde miror cur vos, qui cor fixistis in celo, verba hominum agitent in terrâ. Dux bonorum Paulus dicit: Opus suum pro- bet unusquisque, & sic in semetipso tantum gloriâ habebit, & non in altero. Si laudibus letamur, & detra- ctionibus frangimur, gloriam nostram non in nobis, sed in alio- rum ore posuimus. Quid autem aliud detrabentes faciunt, nisi in pulverem sufflant, atque in oculos suos terram excitant, ut unde plus detractionis persilant, inde magis nihil veritatis vi- deant? Quæ omnia Chrysostomus suo etiam calculo confirmat, nam de calumniatoribus & detractoribus mentionem injiciens: Possunt, inquit, facere malam famam, sed non interficere conscientiam. Tu igitur, quod Isaias mo- net, vide ut sileas: noli timere, & cor tuum non formidet. Longè gloriosius est, ad imitationem Christi, injuriam tacendo tolerare, quàm superare respondendo.

§. VII.

Septimum in tolerandis aliorum linguis artificium est, Celeste premium suscipere. Ecquid queri potes de conviciis, detractione, calumniis, cum hæc augmenta sint cælestis præmii? Contumelias omnes & injurias centuplo Deus æternoque fenore pensabit. Deque lætas lætâm? reculas gloriam, abjicis coronam. Qui certare non vult, is præmium aspernatur; qui pati abnuat, cælum sibi displicere non dissimulat. Quæ enim hæc justitia, quæ esset verecundia, sperare præmium, repellere laborem? Ab incunabilis Mundi semper passa est Inno- centia.

Historiam omnem, Græcam, Latinam, barbaram; cedito vit- faciam, profanam volve, & nusquam non cernes Virtu- tem jaculis petitam, præcipuè venenatis jaculis Linguae. fuit petita venenatis linguaæ ja- culis.

Nil in Orbe tam sanctum cui Lingua vitiosa parcat. Hæc lapides jacit, & tela spargit, ut viam ad cælum si non

Sarius 10. Orob. c. 9. in viâ.

Ps. 63. v. 8. Non re- verberare magni ani- mi argu- mentum. 2. Cor. c. 1. vers. 12.

Gregor. 1. 8. si epist. 45. & 1. 9. epist. 39. Galat. c. 6. vers. 4.

Chrysost. homil. de Susanna. Isaiâ cap. 7. vers. 4.

Ab orbe cedito vit- tus semper fuit petita venenatis linguaæ ja- culis.

non in viam, certè reddat impeditam. Quid trepidamus, quid in viâ ſubiſtitimus, quid oculos retro ſpectamus? hanc ſemitam ad cælum dux Chriſtus, tòque centena millia comitant ſignarunt ſanguine. Neque tamen nos ad ſanguinem hîc provocamur: mollior detractio- num pugna eſt, quæ vix ſupremam cutem ferit, ac ne ferit quidem, ſi contempſeris. Sin altè in animum ad- miſeris, non verba ſunt, ſed vulnera, quibus tamen præ- mium cæleſte promiſſum non eſt. Linguâ feriri, & non referre, hoc Chriſtianum, hoc cælo dignum eſt.

In hanc rem expedit, non omnia videre, non omnia audire. Sic multæ nos injuriæ tranſibunt: ex quibus ple- raſque non accipit, qui neſcit. Non vis eſſe iracundus? ne ſis curioſus. Qui inquirit quid in ſe dictum ſit, qui malignos ſermones, etiam ſi ſecreto habitii ſunt, eruit, ſeipſe inquietat.

Verborum in te prolatorum ruminatio, ſcrutatio, & pro tuo ſenſu explicatio eò perducit, ut videantur eſſe injuriæ quæ profectò non ſunt. Abduc ergo animum ab auditis, & erige ad alta.

Et quis prudens omnium ore & calamis, dicta facta- que ſua probanda ſperet? ſtultitiæ hoc magnæ eſt. Pruden- tia liberiore locutione non offenditur, imò gloriatur cum patitur linguas, quæ ferè in magnos venena ſua jaculantur; uti fulmina in firmiſſima quæque ſævunt, tranſeunt mollia, velut robore ſuo indigna.

Sed nimis quàm dolet, inquit, cum linguâ nocente verberatur innoxius. In promptu ſolacium eſt, cum Jo- bo animoſè dicat ſic ſaciens: *Ecce in calo teſtis meus, & conficius meus in excelsis. Si ergo nobis, inquit Gregorius, eſt teſtis in calo, teſtis in corde, dimitte ſtultos ſeris loqui quod vo- lunt. Qui vitæ ſuæ in calo teſtem habet, judicia (& linguas) hominum in terrâ pertimeſcere non debet. Apoſtolus* ſuo id exemplo docens: *Mihi autem, inquit, pro minimo eſt, ut à vobis judicem, aut ab humano die. Humanis major, facile judicia & linguas hominum contempnet. Quid enim re- fert cujus auxilio cælum conſendas? ſatis eſt conſcende- dere. Nihil intereſt an nomen tuum morbus, an gladius, an lingua inſcribat cælo: modo inſcribatur, tu beneficio fruere.* Et ut æger pulſa invaletudine, rigidæ medici manus præmio donat, ita tu has linguas honora, ſine quibus res ſecunda fortassis oblivionem Dei conciliaſ- ſent. Nam proſpera plures excludunt cælo quàm adverſa.*

*Tob cap. 16. verſ. 20. Greg. lib. 8. epiſt. 45. ad Palladiu. l. 9. epiſt. 39. ad Theop- ſtam, utra- que digniſ- ſima legi- tota. * 1. Corin. cap. 4. v. 3.*

Cassianus ſac. Coll. 18. cap. 14.

Impetravit olim, quod Caſſianus narrat, ab Athana- ſio urbis antiſtite Alexandrina matrona tam dives quàm nobilis, ut una aliqua eò videris, quæ ſacri ærarii ſumpti- bus alebantur, ſibi daretur alenda. Data eſt illi mulier miri ſuaviqûe ingenio, & linguâ proſus modèſtâ. Sed optima matronæ ſatis factum non eſt. Siquidem pa- tientiam ſuam hac ratione nihil profecturam credidit, cum ſciret virtutem ſine adverſario marcere. Itaque aliam ſibi dari ab antiſtite popoſcit. Athanaſius men- tem feminæ non ſatis aſſecutus, dari juſſit aliam, ſed in- humanam, perviacem, iracundam, & multò peſſimâ linguæ feminam. Hanc matrona nobilis domum addu- xit. Mox furia illa ingenium detexit: nam pro piâ libe- ralitate ac lauto hospicio convicia ſolum, & obtrac- tationes atque maledicta, imò & verbera reddidit. Nihil in eâ obſequii, nulla gratiarum actio; quidquid fecè pro- locutè eſt, ſordidiſſima oris ſpuma, & merum jurgiorem ſemen fuit: vix quidquam pro ſanâ loqui noverat. Hîc matrona nobilis ſibimet applaudere, & multum gratu- lari; hîc in ſinu gaudere, cælumque ſitientibus oculis ſuſpicere; hîc Deum ardentibus precibus venerari, ei- quæ gratias agere, quòd ſuam patientiam his exercitiis erudiret; denique ad Athanaſium redire, ei quæ pariter amplas habere gratias, quòd ſibi eam demum dediſſet viduam, per quam ad patientiæ cultum jugiter exerce- retur, atque ſic viâ longè certiore duceretur ad cælum. Hæc profectò heroidem ſapiunt Chriſtianam. Imite-

Amur, ſi cælum amamus. Spe certè cæleſte præmii ex- pectat, qui Linguæ flagellum patienter tolerat.

Agnoſcamus ergo Domini voces: *Beati eſtu cum ma- ledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adverſum vos mentientes, propter me: gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in calo. Aeterni nati, deligamus æterna.*

EPILOGVS

IN

PHAETHONTEM.

Volumini prolixiori, Lector, da veniam, quam bis tæve jam ſuprà, ſed obſcurius petii. Quæ- dam dicenda, quædam ſapiſſimè ingen- da, quædam etiam inculcanda fuerant, quædam etiam inculcanda fuerant, quædam etiam inculcanda fuerant.

Sed objicias: Quid prodeſt aperta monſtrare, quid clara explicare? Plurimum. Et cauſam à Romano ſa- piente audi: Multa vel ante oculos poſita tranſimus, ſæpe animus etiam aperta diſſimulat: ingenda eſt ita- que illi notiça rerum etiam notiſſimarum. Plurima ſci- mus, ſed non facimus. Scimus, non eſſe ditoribus & potentioribus adulandum; iis tamen adulamur: ſcimus, non temerè jurandum, non mentiendum, non obmur- murandum, nihilominus & juramus, & mentimur, & obmurmuramus audaciſſimè. Itaque reducendi ſumus ad memoriã, id quæ frequentius. Sæpe agitari debent, ſæpe verſari ſalutaria hæc monita, ut non tantum nota ſint nobis, ſed etiam parata. Hinc dictioni ſæpius laxan- da fuerant habenæ, quando aliqua non monſtranda tantum, nec tantum explicanda, ſed ſæpius iteranda, & C proſus inculcanda ſunt. Atque hinc

Summi plena jam margine libri Scriptus, & in tergo necdum ſinitus Oreſtis. Scripſerat olim Eutripides, poëta tragicus, Oreſtis fu- rioſi juvenis res geſtas. Poëtam hunc verborum ſecurus alius, qui ubi margines omnes verſibus implevit, etiam in tergo voluminis, contra quàm veteres ſolebant, ver- ſus exaravit, nec tamen tragediam finiit.

Idem pæne hîc accidit, Oreſtem planè ſcripſi, aut ſimiliſimum Oreſti Phaëthontem, juvenem furioſiſſi- mum, qui ſibi plurimum ſapere videbatur, cum nihil ſapeſcit. Quod placidum quidem, ſed periculoſiſſimum furiarum genus eſt.

Phaëthontis, ſeu, Aberrantis Linguæ præcipitiã, quantum ſubſceivis horis licuit, explicavi. Sed nullus etiamnum ſinis eſt ſcribendæ hujus tragediæ. Ita

in tergo necdum ſinitus Oreſtis.

Oreſtis aut Phaëthontis furores nondum omnes, nondum ſatis percenſui. Poſt multa jam dicta, dicenda reſtant plurima. Optime dixit Alphonſus Salmeron, *Linguam eſſe Alphabetum ſeu congeriem omnium vitiorum. Quis eſt enim, ait ſapiens Hebræus toties nominatus, quis eſt, qui non deliquerit in linguâ ſua?*

Auguſtinus ubi dixiſſet, hoc elogio Ciceronem aſſicit, *Quis ergo eſt qui linguâ non deliquit?*

Romani maximus auctor

Tullius eloquii

Nallum unquam verbum, quod revocare vellet, emiſit: ſapienter addens: *Que quidem laus, inquit, quamvis præ- clariffima videatur, tamen credibilior eſt de nimium ſatis, quam de ſapiente perfectò. Quis ergo eſt qui linguâ non deliquit?*

Omnem hominis ætatem lingua inſicit. Ceterorum vitiorum indoles plerunquæ certam vitæ partem occu- pat: gula pueritiam, juvenant incontinentia, viriles an- nos ambitio. Vitia deinde pleraque omnia cum ſenar- ſcentibus